**4608** *Piana di Cajazzo* rep. in fundo S. Nicolai qui est Stephani Mone. Idem Monius ait indidem ante aliquot annos erutum esse vasculum ad usum aquae sanctae factum scriptum totum; id Tetios abstulisse et posuisse in hortis suis ad S. Mariae.

ARBITR*atu*
SAMPSARONIS
PHILEROTIS

*Comm. di Caserta* 1876 p. 85, cui misit dominus; mihi misit per Duhnium Iosephus Faraone.

---

**4609** in vico *S. Giovanni e Paolo*, qui distat chil. 2 a Caiazzo inter meridiem et orientem, prope ecclesiam parochialem.

· · · IIS · Q

Iosephus Faraone *Comm. di Caserta* 1878 p. 21.

---

**4610** Cajazzi ad portam Pacis in pavimento.

T · RE (vertical)
LI//VI
ET AN

Descripsit Duhn.

---

**4611** Cajazzi rep. cum deiecta est porta ad orientem q. d. Portanzia; periit.

M . . . . . VLI · F
N . . . . . . . HI
I . . . . . . . NE
V . . . . . . . . .
. . . . . . . . . .

Ios. Faraone misit.

---

**4612** [= 3935] Cirignani prope Limatolam.

. . . . . . . . . . . . .
. . . A N N E . . .
. . . COMO · N . . .
. . . . A S C I A . . .
. . . . P . . . . . .

Bartholomaeus Varrone parochus *mem. ist. di Limatola diocesi di Caserta* (Neapoli 1795. 4. pp. LXXXII) p. LXXIV.

---

**4613** Caiatiae in pavimento ecclesiae cathedralis.

†
HIC REQVIESCIT
IN SOMNO PACIS
MVLIER HEDVLIS
DVLCIS VERECVN
DA ET BENIGNA
QVE VIXIT ANNOS
PL M XX DP EST
SVB DIE VIII KAL
OCTOBRIVM F*l* p. C. 463? 541?
BASILIO VC CONS

Silvester Sangiovanni misit A. S. Mazochio.
9 FEL traditur.

---

**4614** Caiatiae in pavimento ecclesiae cathedralis.

HIC · REQVIESCIT
IN SOMNO PACIS
RVSTICIANA Q
VAE VIXIT ANNOS
NO D XII DEPO
SITA S D KAL IVLI
AS TERDECIES PC p. C. 554
BASILII VC

Silvester Sangiovanni canonicus misit Mazochio.

---

# LIII. CVBVLTERIA (prope Alvignano).

*Kupelternum* litteris Oscis inscripti nummi aerei omnes (Friedlaender *osk. Münzen* p. 5; Sambon *recherches* p. 185) sunt oppidi eius, quod Latine dicitur *Cubulteria;* nam sic est in titulo n. 4620, cum *Combulteria* legatur apud Livium 23, 39, 6, *Conpulteria* apud eundem 24, 20, 5. Cives dicuntur *Cubulterni* in titulo n. 4619, *Cubulterini* apud Plinium 3, 5, 63; . . *pulterini* traditur in titulo n. 4574 lectionis parum certae (cf. . . . *rini* n. 4584). Cubulteriam Livius 23, 39, 6 ad a. 539 et denuo 24, 20, 5 ad a. 540 narrat cum ad Hannibalem defecisset, a Romanis duce Q. Fabio receptam esse. Verum est narrationem hoc quidem loco recte procedere, cum Cubulteria iungatur cum Telesia (v. p. 205), illo autem turbatam esse, cum Romani a Calibus superato Volturno vi cepisse dicantur *Combulteriam et Trebulam et Austiculam* (cf. vol. IX p. 196) *urbes*, item eandem omnino expugnationem male bis referri; sed eiusmodi errores cum frequentissimi sint, utroque loco dubium non est intellegi oppidum, cuius rudera extant loco Trebulae, quae hodie Treglia est, proximo extra Alvignanum ad pagum Cornelli circa ecclesiam S. Mariae *di Covultere* sive ut nunc dicitur S. Ferrantis. Mansisse rem publicam postea quoque et Plinius indicat l. c., et confirmant tituli. Magistratus nominantur *duoviri quinquennales* (n. 4619) et *duoviri* nude (n. 4621) et *quaestores* (n. 4619. 4621), item *curator kalendarii publici* (n. 4619 cf. n. 4584); accedunt *scriba rei p(ublicae)* (n. 4620), *magistri fani Iunonis* (n. 4620), *Augustales* (n. 4619. 4620).

Scripsit de Cubulteria Paschalis DE IORII *dissertazione sul sito della distrutta città di Combulteria* (Neapoli 1834. 12. pp. 68) parum accurate; nam neque quae in saxis legit ab iis quae ex libris adsumpsit satis separavit et complures titulos, quorum archetypa vidisse se ait, ex auctoribus magis transcripsit. Adiit Alvignanum mea causa DVHNIVS; sed pleraeque aetatis Romanae reliquiae iam perierunt.

---

**4615** in ecclesia S. Ferrantis in hortis.

| | | |
|---|---|---|
| rusticus manu altera corbem pomis plenam tenens, altera falcem ut videtur | BONAE · DEAE · SAC<br>IVLIVS · EXVPERIVS<br>D | mulier corbem pomis plenam capite sustinens |
| | patera vas | |

A. S. Mazochi syll. ms.

---

**4616** [= 3938] lapis ingens altus m. 1.39, latus 0.89, crassus 0.25. Alvignani MAFF.; in loco q. d. area vetus addit MAZ.; in villa prope Alvignanum in valle quadam nuper rep. PRAT.; rep. sub Alvignano a. 1813, adservata deinde apud Pagliucas IADONE; prope aedes Pagliuca DE IORII, DVHN.

M · AGRIPPAE · PATRONO
EX · D · D

Recognovit Duhn. Maffei M. V. 478, 9 a Scipione Christophori; Mazochi syll. ms. ab eodem; Pratilli p. 344; Iadone ms.; de Iorii p. 28 qui vidit. ALBINO·PATRONO·D·D Iadone.

---

**4617** Alvignani *dentro la chiesa di S. Ferrante detta prima S. Maria di Combulteria.*

*dru*SO · TI · CAESARIS · AVG · F
*diui* AVGVSTI · N · DIVI · IVLI
*pro*NEPOTI · CAESARI · CO*s*
*po*NTIFICI · D · D

Silvester Sangiovannni misit Mazochio c. a. 1733 duobus exemplis.
3 fin. hiatus non adnotatur. — 4 PONTIFICI ex. II.